



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

84. Dominica 2. Quadragesimæ. Deus addens solatia, addit dolorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

dentibus inhaerentes, costæ verò attenuatæ
quæ dinumerari poterant: attenuatæ quoque
nares, quæ sicut reliqua omnia rigescebant.

MEDITATIO LXXXIV.

Dominica 2. Quadragesimæ,

Deus addens solatia, addit dolorem.

Aspiciam Dominum in Thabor transfiguratam, in horro exinanitum. Petam cooperari gratiæ per Patientiam.

Conf. 1. Quomodo Apostoli tres gloriosum viderint Dominum transfiguratum. Angelorum desiderium, in quo Beatorum omnis est felicitas reposita; ejus momentaneospectu cadunt in faciem suam discipuli, patiuntur deliquium, & Petrus alias capax Dei abit in extasim, nec scit, quid loquatur. Quidquid sub Sole est, evanuit, neminemque viderunt, nisi solum Jesum, qui solus corda omnium rapere debet.

Conf. 2. Quomodo hi discipuli, quia gloriosa Domini viderant, debuerint & tristitia videre, eaque viderint, dum intuerentur amicitiam prodi, lætitiâ tritari, libertatem vinciri, claritatem obrenebrari, majestatem despici, integritatem calumnijs proscindi, innocentiam condemnari, iustitiam plecti, transfiguratum exinaniri, vitam deficere, & occidi. O qualis excessus decadis oppositio-

rum, juxta se magis illucescentis! nimirum ut querelarum semen suffocetur, debent honorati laboriosiores esse non honoratis. Disquiram ex me, num pro appetitu honorum labores quæram.

Conf. 1. Quem diem ego in terris me habiturum sperem, si lethali tædio laborat Aurora. Certè si Discipuli, quia gloriosa Domini viderant, videre debuerunt & tristia: & ego gloriosa video, dum communico, dicente S. Ignatio Marc. ep. ad Ephes. *Festinate frequenter accedere ad Eucharistiam, & gloriam DEI: vel negare debeo me discipulum Domini, vel fruendo gloria DEI, oportet me poenas ejus contemplari, & experiri.* O Pulcherrime, cur te non amo? O afflictissime, cur tecum non patior? cur propter bonitatem tuam nõ aufero malitiam meam? cur ex reverentia Passionis tuæ non flecto rigidum cor meum? O beate JESU, cur te non lætifico? O afflictissime JESU, cur meliorem sortem quæro? *Solus testis est Majestatis, qui socius probatur doloris.* Aug. serm. 120. de Temp.

MEDITATIO LXXXV.

Feria 2. Dom. 2. Quadrages.

Christus Dominus Exemplum Orationis.

Aspiciam Dominum orantem ad Deum, genibus flexis, prostratum super terram